

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Coniugium z
cum fonte primo

Linea uirum suum interfecit quem nimis odiit;
Lucilia suum quem nimis amauit.
Illa sponte uenena miscuit;
hec decepta furorem mortis propinauit
pro amoris poculo.
Amice, contrariis contendunt uotis iste,
neutra tamen defraudata est
a fraudis feminee proprio, id est malo.
Variis et diuersis incedunt semitis femine
quibuscumque anfractibus errant,
quantiscumque deuiant in uiciis. Vnicus est exitus;
unica est omnium uiarum suarum meta;
unicum capud et conuentus
omnium diuersitatum suarum malicia.

Valerius ad Rufinum.

Liua uirum suum interfecit quem nimis odit;
Lucillia suum quem nimis amauit.
Illa sponte miscuit aconiton,
hec decepta furorem propinauit
pro amoris poculo.
Amice, contrariis contenderunt uotis iste;
neutra tamen defraudata est
fine fraudis feminee proprio, id est malo.
Variis et diuersis incedunt semitis femine;
quibuscumque anfractibus errant,
quantiscumque deuiant in uiciis, unicus est exitus,
unica omnium uiarum suarum meta
unicum capud et conuentus
omnium diuersitatum suarum, malicia.

Gualterus Map, *Dissuasio Valerii ad Rufinum ne ducat uxorem* (M.R. James, C.N.L. Brooke, R.A.B. Mynors eds., p.304).